Actum in Castro Præmisliensi feria Tertia post Dominicam Misericordiæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto. 711.

21/IV 1654

R. Kowinnicki Tumowskiemu Donat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Premislien. Rndus Dominus in Christo Pater Ludovicus Stanislaus Kowenicki olim Gnosi Mathiæ de Kowenice Kowenicki filius et inter alios Consuccessores suos eorundem bonorum et aliorum eo pertinen. suo pro interesse successor legitimus sanus mente et corpore existens foro Iure suo, quovis proprio omisso Iurisdictioniq. sua quavis competen. posthabita praesenti vero Castren. Capitanealis Premislien. Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis quibuslibet omnibus totaliter et plenarie incorporando atq. subyciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse bona sua infrascripta haereditaria nempe totas et integras sortes suas quid et quantum Se Recognoscentem inter alios Consuccessores suos post fata Parentum suorum in bonis villæ Wyskotÿ in Pallatinatu Russiæ Districtu praesenti Premislien. consistentem concernunt et in se Recognoscentem iure divino et naturali successione sua devoluta Cum omni praemissorum Iure dominio proprietate ac titulo haereditario ...

omnibus et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis emolumentis obventionibus Tum Agris pratis Campis Sylvis pascuis nemoribus indaginibus Borris Gais rubetis pinetis vepretibus Hortis pomarys Stagnis piscinis magnis et parvis flumis fluminibus Lacubus tor. ventibus Rivis rivulis torrentibus aquarum decursibus Molendinis taber. nis Holodys Structuris aedificys quibusvis Theloneis tam aggeralibus quam pontalibus subditis Cmethonibus Hortulanis Inquilinis tam in eis dem bonis existentibus quam etiam profugis et alibi degentibus per infrascripti Regiis Donatarii iure recuperandis et per processus inchoati continu. ando nodo quomodo eorundem eorumque laboribus Censibus dationibus vecturis Po. dvodis muneris et obsequiis quibusvis per eosdem subditis ab antiquo prae. stari solitis Etiam cum iure patronatus praesentandorum beneficiorum Ec. clesiasticorum Ritus Romani et Graeci attinentiisque et pertinentiis eorundem bonorum in universum omnibus Nihil ex praemissis Iuris dominii propri. etatis ac cuiuscunque competentiis et praerogativis pro se Recognoscente suisque successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra in nullo derogando verum ita late longe circum ferentia literque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur et prout eadem bona ipsemet Re. cognoscens tenuit habuit et possidebat ipsique concernebant ac eidem ser. viebant iam exunc et de facto Ilustri Alberto de Gunow Gunowski eiusque posteris dedit donavit inscripsit et resignavit prout dat donat ac titulo puro mero perpetuo et irrevocabilis donationis inscribit et resignat perpetuo praesentibus Renuncians eidem Recognoscens de omnibus qualitibus inscriptionibus contractibus eorumque roboratioribus

Privilegijs Literis originalibus Granitierum ac alijs quibuscun-
dis possessiones bona praedicta donata et resignata afficientibus atque Causis et
actionibus et processibus racione Subditorum profugorum per se Reco-
gnitem ad quodvis Iudicium et officium Regni institutis et obtentis et in quo-
vis puncto et gradu huius dependentes cessit et condescendit prout cedit
et condescendit praefato omneque et integrum Ius suum sibi super praemissa omnia
serviens in personam eiusdem Gnosi Gumowski Donatary sui eiusque po-
ssessorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit
prout transfert transfundit et incorporat praefato Inquam quidem bona
suprascripta praefata per se Recognitem donata iam exnunc et de facto idem
Recognoscens Reverendus Kowenicki praefato Gnoso Gumowski Donatario suo
eiusque posteris coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem
et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque Compe-
tentem et Nobiles duos die quacunque volverit officiose accipiendam Per
ipsum Gnosum Gumowski Donatarium suum et ipsius posteris hoc est eadem bona
praefata donata praemissaque omnia per praefatum condescensa cum omni iure
dominio proprietate et haereditate competentiaque et praerogativa qua-
vis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice uti fru-
endi eademque ad suos suorumque Successorum quorumvis beneplacitum usus fru-
ctus libere et effectualiter convertendi perpetuis et universis tem-
poribus Debetque et tenebitur praenotatus Recognoscens Reverendus Kowenicki
prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus
ac summis quibuscunque pecuniis habitis et habendis suprascripto Gnoso Gu-
mowski Donatario suo ac illius Successoribus inscribit et obligat praefatum
ipsum et eius Successores in dictis bonis praefatis donatis praemissisque omnibus

et ratione eorundem omnium ab omni et qualibet impetitione iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq conditionis status et sexus existentium eundem exonerando per omnes Inscriptiones Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet Inscriptio in omni Iudicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnesq eum posteris reddere Ita ut bona praefata praesentium donata et resignata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona modo quocunq cuiuis personarum factis et faciendis Tum etiam a quibusvis Actionibus in eadem bona praesentium resignata importatis et importandis Lucris denique et per lucris processibusq Iuris quibusvis in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis bonis praesentium resignatis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaq et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentium donatorum dum per Ministerialem et Nobiles duos officio se requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere datamq et admissam eandem possessionem et usum fructum praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quasvis subnixas et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsumq Dominum Donatarium suum et suos posteros in praemissis omnibus praesentium resignatis nullo modo inquietari ita ut eadem bona praesentium resignata idem Donatariusq suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentium Inscriptionum Donatarium vigore tenere habere et possidere queat et possit perpetuis et aeternis temporibus Idq sub damnis Terrestribus simpliciter absq corporali iu-

vamento

ramento taxandis et edicendis per praenominatum Recognoscentem Suscriptis

successores praefato Donatario suo et illius posteris ob non Completionem

praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus

fuerit ad solvendum succumbet. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpli

citer atque corporali iuramento taxandis modo praemisso ad solvendum succum.

bit ac re aliqua pridem ex praemissis non completa complenda Ceteraque exinde

venit Recognoscens D. Kowericki sive ipsius posteri ad instantiam suprascripti

Generosi Albert Gumowski Donatarii sui vel ipsius posterorum Ad officium

praesens Castrense Capitaneale Pr.... ex tunc recessu suprascripto quo

ad respondendum spectat mediante semper in primo litorum termino tan.

quam peremptorio stare Juri parere respondere damna praefacta Terre.

stria simpliciter taxata luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne

iudicatum pati debebit et tenebitur Seque ac suos successores ad eadem omnia

obligat Illum primum terminum peremptorium et alios omnes exinde consequentes

Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera in firmitate pro maiori

ac minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio

militari ad munimenta ad Evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et

legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos

Officii praefati Castrensis Pr.... terminos dilationem sibi non recipiendo ullas

tamque Motiones apellationes ac earum praesentationem faciendo ac praemissa omnia

poenis simplicitatis vel triplicatis evasionem suspensionem fatalis Juris praescri

ptione Terrestri bello Convocationeque ac aliis omnibus Juris remediis et de.

fensionem non subterfugiendo nec modo quovis evadendo.